



Ἱππίγλωσσον.

HYPOGLOSSUM.

CAP. CXXXVII.

**H**ippoglosson<sup>a</sup>, frutex est folia habens rufci tenuis figura, & spinosam comam, & in summo ceu linguas è foliis exeuntes. Capitis dolorem corona ex comis imposita minuit. malagmatis radix, succusq; admiscetur.

<sup>a</sup> Meum dicitur  
Nicator. i. par-  
tus frutex.

**H**ippoglossum, quodd in foliis veluti prominentes linguas proferat, Bilinguam vocat Hetruria, alij verò Bonifaciam. Nascitur hæc frequentissima in Liguria Alpibus, Verbinati agro, & quibusdam sylvestris montibus non longè à Cori-  
tientiensi comitatu, quâ iter est in Hydriam ad argenti rivi fodinas. Veruntamen non est hæc Laurus Alexandrina, aut Idæa, de qua infra suo loco differemus, ut in suo insigni de plantarum historia commentario existimas Fuchsus. Quandoquidem Laurus Alexandrina è foliorum umbilico nullam aculeatam exerit linguam, sed tantum fructum rotundum tunc modo longiori pediculo appensum proferat. Hippoglossum recentiores longè pluribus commendant viribus, quàm fecerint antiqui scriptores. nam, ut illi tradunt, in veteri affectibus magno datur iuuamento. Quo fit, ut strangulatus vultus laboran-  
tibus

Hippoglossi  
confid.

Hippoglossi  
vires.

## HIPPOGLOSSVM.



tibus mulieribus radicis, aut herbe pulvis cochlearis mensura, ex vino, vel iure haustus, presentaneo remedio opem ferat.  
 Est & ad puerorum enterocelas præstantissimum medicamentum, si diutius diluculo hauriatur pulvis idem sesquidrachmæ  
 pondere ex maioris symphyti decocto. Verum id sumentibus euenit, quod primis tentum diebus adeo vancem pulsare  
 percipiant, ut intestina foras prolabi velle videantur: quare subcirgulis, fasciis, & fibulis reprimentibus, roborantibusque  
 primis aëbus vii opus est. Que planta Græcis ἵππογλωσσόν, Latine similiter Hippoglossum appellatur: Italis, Bilingua,  
 & Bonifacia: Germanis, Zepffur kraut: Hispanis, Lengoa. de cavallo: Gallis, Lingua pagana.

Nomina :

65

*Antirrhinum.*

ANTIRRHINUM.

CAP. CXXVIII.


Antirrhinon, alii anarrhinon, vocant herbam caule, & foliis anagallidi similem: flore albæ violæ, purpureo, minore tamen, ideoque *fyiucetris* <sup>a Meum. 252.</sup> anagallis nominata est: semine virulinarium <sup>746. i. Lichn. 2.</sup> simili. Tradunt perunctos ea cum oleo lilino, venustiores fieri: nec villo medicamento ladi posse, si quis appensum gesserit.

10

ANTIRRHINUM L




## ANTIRRHINVM II.



Antirrhini  
caud.


**V**ariat admodum Antirrhini apud veteres historia. Siquidem Dioscorides Antirrhinum herbam folijs, & caule anagallidi similem reddidit. Theophrastus vero eandem aparinae similem fecit. Veruntamen nos qui quatuor Antirrhini genera obseruauimus, nullum haecenus vidimus, quod folijs anagallidis, aut Aparinae viresceret, ut ex hic appictis imaginibus apparet. Plinius libro 25. capit. 10. rectius fortasse, Antirrhinum lino simile nasci scribit. Vnde facile suspicor, Dioscoridis & Theophrasti exemplaria hoc in loco deprauata esse, atque in aliqua parte vitium latere. Ceterum ut in plantis variat facies, ita quoque in floribus variat color. Siquidem in vna purpureus, in altera subpurpureus, & in ceteris candidus flos enicat. Atqui ex omnibus capita nascuntur, in quibus semen minutum continetur, vitulinis admodum similia, quae nisi magnitudine differunt. Illinuntur antirrhini folia, quinetiam flores, & semen, cum rosaceo, & melle ad veteri profocationes, & mensum difficultates. Herba scorpionibus adeo contraria est, ut illico ea visa torpescant. Eadem fronti adalligata, praestat ad delendas oculorum albugines. Antirrhini meminit Galenus libro 6. simplicium medicamentorum.

## ANTIRRHINUM III.



medicamentorum, ubi de eius viribus ita scribit. Antirrhinum, aut anarinum semen habet vituli naribus, simile, ad san-  
 ctiones inutile. Ipsum autem ad simile est cum bubonio facultatis, sed multo minoris. Itaque ex illo de hoc conycto. Hoc  
 ut Græci ἀντίρρινον, ita etiam Latini Antirrhinum vocant: Itali, Anturhino; Germani, Orant, Steeck kranz, seu Steeck. Nomina  
 kranz: Hispani, Cabeza de ternera; Galli, Moron violet.

## ANTIRRHINVM IIII.



Κατανάνθη.

CATANANCE.

CAP. CXXIX.

**E**X eo genere una, folia coronopi habet, longa: radicem iunci modo pratenuem: capitula sena, septenave, in quibus erui semen inest. Arescens in terram flectitur, & se contrahit ad speciem unguisum milui exanimati. Altera mali parvi magnitudinem explet, radice exiguae oliuae magnitudine, folijs quoque oliuae colore, & figura, mollibus, diuisis, humi inclinatis; semen ut cicet, minutum, in uirgulis dependet, puniceo coloris, multis foraminibus pertusum. Vtraque narrant in amatoria ex peti. Thefaliciae mulieres his uti traduntur.

Catanances  
coniid.

**N**eutrum equidem Catanances genus haecenus me conperisse fateor, neque aliquem scio in Italia, qui alterum saltem legitime noverit. Sed nihil certe referre arbitror: quippe quod ea rebus veteris tantum continent, & amatoria nascantur. Proinde mulieribus Thefaliciae relinquenda sunt, quibus olim fuit usus: praesertim cum hac aetate homines in venerationem admodum proclives sint, atque etiam multi nimis caeleant amatoria. tantum abest, ut etiam huiusmodi herbarum.

nam, si cognoscerentur, auxilijs indicari debuissent. Ceterum existimat Ruellius in hoc subscribens Hermolao, secundum diuencis Catananensem esse eam herbam dici posse, quam barbariorum vulgus Bisfortam appellat. Sed meo quidem iudicio errat Ruellius, quod Bisforta dicta ruminis folia proferat, & radices quandoque humani brachij crassitudine, anguinem modo contortas, non autem paruas oliuæ magnitudine, velut altera Catananæ. Nomen eius Græcum καταράκη, Latini item Catananæ.

Nomina.

Τριπόλιον. TRIPOLION.

CAP. CXXX.

**T**ripolion in marinis nascitur locis, quæ allidit unda, recedensque dimittit, neque in mari, neque in sicco; folio glastri crassiore: palmeo caule, in mucrone diuifio. Eius, ut tradunt, flores colorum ter die mutant, mane candidi, meridie purpurei, sero punicei confpicuntur. Radice alba, odorata, calidi gustus. Quæ drachmidis duabus in uino pota, aquam, ut, namque per alium extrahit. In medicamentis digeritur, quæ uenena arcent.

**T**ripolium Serapioni Turbit appellatur. Quapropter credere nonnulli, Turbit vulgò vocatum Dioscoridis esse Tripolium, præsertim quod ipsum & album, & deiectionis facultatis esse prebenderent. Verum tamen rem aliter se habere illud argumento est, quod communis vsus Turpetum nullo commendatur odore, nec gustui acriteriam relinquit, sed tantum saliseditis, & asperitatis quiddam. Ex quibus sanè notis asserere licet, Tripolium in Italia non reperiri, neque aliunde adueni: quemadmodum esse Turbit, de quo disseruit Auicenna, quem etiam Dioscoridis Tripolium intellexisse veor. Ceterum ab his longè differre videtur TVRBIT, quod à Mesue describitur, nostrati Turpeto omnibus profus notis respondens. At enim Turbit radicem esse herbe folia ferule minoru ferentis, triplicique notari differentia, nempe alba, subcinerea, & nigra. Quæ quidem omnia in nostri vsus Turpeto digerenter intuentibus facile sese offerunt. Siquidem in Turpeti radicibus, quæ ex orientali plaga ad nos deferuntur, omnes hi reperuntur colores: non tamen quod putem, eos ita factos esse tantum ex ipsius plante natura; sed quod ob vetustatem, & aduentitij aeris humorem radices hæc corrumpantur, & nigrescunt, illosque sibi ascribant colores. Cuius rei in causa etiam esse potest maris, per quod conuehitur, exorta procella, ruidis trivremes superantibus, quibus madefactæ radices facile stium, vel nigredinem contrahunt. Præterea cum asserat Actuarius, nil aliud esse album Turpetum, quam alypie radicem, eorum planè refellit opinio, qui Mesuem errasse existimant, quod album Turpetum dixerit plantæ radicem esse, quæ folia ferret ferulaceæ. quandoquidem alypum, siue alypie, ut in sequentibus docebit Dioscorides, folijs tenuibus profusa, quemadmodum & ferula. Ex his igitur, ut arbitror, abundè liquet, Turpetum tam Mesui, quam Actuario alypie esse radicem. Est & aliud Turpetum, quod potius pseudoturpetum dixerim, crassius, & cortice nigrius, quod ex Gargano Apulia monte conuehitur duplici genere, quoniam unum è thapsiæ, alterum è pityusi radicibus concinnant impostores, à quibus hæc omnia didicimus. Non itaque ab re scripsit Actuarius, nigrum Turpetum radicem esse pityusæ. Verùm hoc (ut mea fert opinio) Mesui Turpetum harduquaquam fuerit, cum ipsius Turpetum nil aliud esse existimem, ut paulò ante diximus, quam alypie radicem. Quamquam putat Brasauolus, nulla tamen, quod quidem sciam, ratione vel autoritate nixus, apud Mesuem Turpetum omnino thlymalii mysifinitis radicem esse. Sed quantum myrti folia à ferule folijs differant, qui nesciunt, rei herbarie peritos consulant. Fuchsius porro libro de compositione medicamentorum turpetum, de quo Mesues egit, è Thapsiæ radicibus excerptum existimat. Est ipsius quoque sententia mihi planè, ut liberè dicam, reprobanda videtur: nam è veteribus nullum hactenus reperi, qui Thapsiam lacteo succo turgere scribat: cum tamen Mesui Turpetum à planta eximatur, quæ plurimo lacte madet. Præstat in Turpeti genere album ex orientali plaga allatum, vesinosum, minime cariosum. Deicit hoc pituitam, crassos lentosque humores ad articulorum compagine defluentes, remotosque corporis partes. Ventriculum expurgat, & que illi penitus inhaerent excrementa detergit: item & peccius à pituitæ lentore. Datur magno iuuamento aqua intercut laborantibus: item elephantiacis, & Gallica lue affectis: quin & ijs, qui morbis ab exustis humoribus provenientibus sunt cnoxij. Prodest diuturnis febribus, & in vniuersum vbi pituita redundet. verum qui sumunt, cauerere debent à piscium esu, & australi flatu. Sed iam ad Tripolium nostræ redeat oratio. Reperio hac in historia non parum allucinatam esse Plinium libro 21. capit. 7. vbi turpiter Tripolium cum polio herba confusit, aded ut asserere non dubitauerit, polium ter in die foliorum nutare colorem. Id quod de Tripolij floribus tradidere tum Dioscorides, tum antiquiorum reliqui. Tripolij quam breuissimè meminit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, ita scribens. Tripolij radix gulfanici aris est, & facultate calida in tertio excessu. Quæd Græci τριπόλιον, Latini quæque Tripolium dicunt

Tripelli confiderato.

Turpeti confiderato.

Brasauoli erratum.


Fuch. opinio recta.

Plinii lapsus.

Tripoluites ex Gal. Nomina.

Itali, Tripolio.

## A D I A N T V M


A<sup>d</sup>iantum. ADIANTVM.

CAP. CXXXI.

**A**diantum, polytrichon, pusilla gerit folia, similia coriandri, in summo incisuris diuisa: cauliculi, qui abus exoriuntur, nigro colore nitent, prærenues, palmum alti; radice superuacua: neque cauliculi, neque fructum, neque florem profert. Decoctum herbe potum, prodest spirandi difficultati, suppuriosis, lieni, & felle suffusis, & urinæ difficili: calculos frangit, aluum sistit, serpentium moribus auxilio est: contra stomachi fluxiones in uino bibitur: secundas ciet, & menstrua: sanguinis reiectiones inhibet. Contra serpentium morsus cruda herba illinitur, alopecias densat, strumas discutit: furfures, & manantia capitis ulcera ex lixiuo emendat: defluentes capillos continet, cum ladano, & myrrino, & susino, aut hyssopo, uinoque. Decoctum eius cum lixiuo, & uino infusum, idem præstat. Cour-nices, & gallinacos pugnaciores facit, in cibos eorum additum. Seritur gratia utilitatis pecorum circa ouilia. Vmbrosis, & palustribus, circa parietum aspergines, & fontium ipecus enascitur.



TRICHOMANES.



Trichomanes. TRICHOMANES.

CAP. CXXXII.

**T**richomanes nascitur eisdem in locis, quibus dianthon filici simile, fed exilius: foliis lenticulari, tenuibus, in ordinem utrinque digestis, aduersis in se, in ramulis tenuibus, acerbis, fusco colore splendentibus. Eadem quæ & adianton prætere posse constat.

**A**diantum officina Capillum Venere appellat. Duo eius genera Theophrastus assignavit libro 7. capit. 13. de plantarum historia, ubi ita scriptum reliquit. Adiantum solum in aqua nunquam madescit, nec quicquam adhaerere humori constat: unde & nomen herba accepit. Genera eius duo, candidum, atque nigrum. Ambo ad defluuium capillorum vitia, oleo trita. Nascuntur maximè locis humidis. hæc Theophrastus. Cui subscribit Plinius: licet confusus sit, libro 22. capit. 21. dicit sic inquit. Alia Adiantum miraculum, æstate vires, bruma non marcescit, aquas respuit: perfusum mensuræ, sicco; mile, tanta dissociatio deprehenditur, unde & nomen a Græcis. Quidam callitrichon vocant, alij polytrichon, utrumque ab eij. Duo eius genera, candidus, & nigrum, breviusque. Id quod maius est Polytrichon.

a Meum. mu-  
xipis 1142. i.  
ualde parv.  
b Meum. 1790  
palyra. i. su-  
bignra.  
Adiant & Tri-  
chomanis cõ  
fid.

trichon, aliud Trichomanes vocant. Virique ramuli nigro colore nitent, folijs filicis, ex quibus inferiora aspera, ac fusca sunt: omnia autem contrarij pediculis densa inter se ex aduerso: radix nulla. Vmbrosas petras parietumque aspergibus, ac fontium maxime specus sequitur, & saxa manantia. quod nomen, cum aquas non sentiant. ita Plinius. In quibus nimirum verbis manifestè deprehenditur ipse Plinius, Trichomanes, quod & Ficulam appellamus, in secundo Adiantilicium retulisse. quippe qui perperam fortasse accepit Theophrasti sententiam, à quo illa mutatus est. Nam Theophrasti ubi de utroque Adiantum genere differuisset, eodem loco citato statim de Trichomane hæc verba subiunxit. Trichomanes vel ad distillationes virinis antè facit, ut alique existimant. Caulem hæc adiantum nigro similem gerit: folia admodum parua, densa, aduersa, inter sese condita: radicem minimam. Loca amat epæca. hæc tenus Theophrasti. Ex quibus liquidò apparet, Theophrastò Trichomanes, quod Fiducula à Theodoro vertitur, nullum Adiantum genus esse. Sed per se sueque generis plantam: quod enim Fiduculam dixerit cauliculum ferre nigro adianto similem, clarissimè ostendit, candidum Adiantum cum Trichomane nullam habere cognationem. Hinc itaque facile crediderim, Adiantum nigrum, quòd caule ficulam refert, nobis legitimum esse, id sanè intelligens, quod Capillum Pæneris fessum nominant. Candidum vero eam plantam esse aliquando putauimus, quæ unà cum Trichomane in petris, parietum, ac fontium aspergibus, specubus, & humentibus locis nascitur: folijs nigricantibus, minutim laciniatis, luteas maculas quam plurimas auersa parte habentibus: caule viridi, gracili, flexilique: quam nonnulli, eò quòd folijs rutam emulietur, & in muris proveniat, Rutam murariam cognominant, alij Saxifragam dicunt. Sed nunc equidem hæc eandem cum Paronychia Dioscorici esse opinor, vt etiam supersus in sua mentione monuimus. Ceterum Fuchsius medicus clarissimus, hæc herbam pro Saxifraga Dioscorici depinxit in suis de stirpium historia commentarijs. Verùm quòd hæc folio consistet rurs, illa vero à Thymi, cur planè eius sententiam comprobem, non habeo. Adiantum meminuit Galenus libro 6. simplicium medicamentorum, sic de eius viribus scribens. Adiantum in caliditate quidem, & frigida in symmetrum est, vè in descendat, & extenuat, & discutit. Etenim alopecia capillis vesitit, & strumas & abscessus digerit, lapidesque frangit epotum. Vistocorum, crassorumque, è pectore profusione excretionibus non mediocriter confert, & venris profusum sistit: non tamen vllam manifestam caliditatem affert, sicut nec frigiditatem. Verùm posuerit ipsam quispian secundam hæc oppositionem & imperiem in ordine medio. Trichomanes autem meminuit libro 8. eorundem simplicium medicamentorum, vbi subscribens Dioscorici, hæc tantum retulit. Trichomanes eadem præstat, que adiantum. hæc tenus Galenus. Porro Adiantum, vt Mesles inter sua simplicia refert, alium subducit, bilem, & pituitam deicit, crassaque excrementa, que diu interioribus insidre. Pectus & pulmonem detergit, sanguinem clarificat, bonum facit halitum, animam dilatat, & iecur & ventriculum purgat, præsertim si obstinente laborent: tamen si ad eorum insartus potentius fit eius dilatum ex capis, aut emulsi aqua paratum, aut ex cicurum nigrorum iure, aut caprino sero. Sed si addatur saccharum, lateris inflammationes sanat, & vrinam trahit. Eius præterea decoctum frequenter potum calculos frangit, & feminas à partu purgat. Hos autem effectus præbere calidè tantum facultate, que illi inest. At adstringenti vi, que etiã tum pollet, defuxiones inhibet: sunt enim sanguinem sistit, ventriculum roborat, & capillorum defluxum vsque adeò emendat, vt non modò eos cohibeat, sed & renasci faciat, præsertim epolestri modo impositum, myrtilo oleo, ladano, & austero vino additis. Idem præstat & combusti cinis, quin etiam eius ex vino decoctum. Fursures reteratis leuionibus depelut. Eius cinis hæc omnia potest, & eglogopas curat. Ipsi diluti libra epota commodissimè aluus subducitur. Herbas, que Græcis ἀδαντων, Latinis pariter Adiantum nominatur: Arabibus, Bersegeus seu Berseusan & Chulbare alibi: Italis & alijs vulgò, Capel venere: Germanis Frauenbar: Hispanis, Culantrillo de pozò: Gallis, Capil venere. Que vero τριχομανης Græce, Latinè Trichomanes: Polytichum & Callitrichum dicitur: Italis & officinis Polyticho: Germanis, Stembrech: Hispanis, Polytico: Gallis, Polytichen.

Adiantum, & Trichomanes uires ex Gal.

Adiantum uires ex Gal.

Nomina.

## XANTHIVM, SIVE LAPPA.

CAP. CXXXIII.

40

**X**anthium nascitur læto, & pingui solo, & lacubus exiccatis, caule cubitali, anguloso, pingui, prodeum tribus ex eo crebris alis; folia atriplicis habet, insecta, nasciturum odore imitantia: fructum grandis oliuæ modo, rotundum, & ut platani pilula, spinosum, qui contra è uestibus adhærescit. In antè colleclis quam perfectè siccet, tunditur, & fitilli uasè reconditur. Flauos autem facit capillos, si acetabuli instar tepida aqua madescat, mox caput, nitro antè perfudum, illinatur. Alj in uino tundunt, & ita affruant. Semen apertissimè tumoribus imponitur.

Xanthii cõsid.

**X**anthium, quod vulgus Lappam minorem cognominat, omnibus vulgatissimum est: quandoquidem publicè vbiq; seminis & exiccatis scrobibus, lacubusque nascatur. Huius, meo quidem iudicio, omnes conveniunt nota, nulla prorsus reclamante, que Xanthio à Dioscoride tribuuntur. Nam præterquam quòd caulem gerit angulosum, ac pinguem, folia, que ei subalbida sunt, atriplicis effigiem referunt, per ambitum serrata, nasciturum odore imitantia. Prodeunt etiam è caule ramuli, quibus racematum fructus oliuæ figura dependet, aculeatus ceu platani pilula, qui maturus, cum tangitur, vesibus pertinaciter adheret. Parit admodum huius herbe vires descripsit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, sic inquit. Xanthium vocatur etiam phaganium. Fructus discutiendi vim obtinet. Hæc planta Græcis ἄρδιον appellatur: Latinis quoque Xanthium: Italis, Lappola minore: Germanis, Beterlesstz & Spitzkletten: Hispanis, Lappa menor: Gallis, Gloteron, & Grapellas.

Xanthii uires ex Gal.

XANTHIVM, SIVE LAPPA MINOR.



*Alyson.*

AEGILOPS, SIVE FESTUCA.

CAP. CXXXIII.

**A** Egilops herbula folia tritici habens, sed molliora, in summo capite semina bina ternave rubra, quibus aritæ quasi capillacæ exeunt. Illita cum farina herba ægilopis medetur, du citius discutit. Sucus farinae admixtus siccat, & eorundem gratia reponitur.


**N** Ascitur frequens *Aegilops* inter segetes, sed frequentissima inter bordeum, folio tritici, culmo prætenui, in cuius cacumine bina tenave rubra semina dependent, futamine ac etiam figura bordeum referentia, breviora tamen, tumen- Ægilopsis cō-  
sideratio.  
tia, striatæ; . Ex his numerosè procedunt aritæ; tenues, prælongæ, & acutæ. Est & alia planta, quam antea legimus  
censebam ægilopam, tum quod observatum sit bordeum in hanc degenerare, tum quod ternæ quaternæ semina, ipsaque  
rubra in vnaquaque frica ferat: tenuibus aritibus inde prominentibus. Promide errant ij, ut eadem arbitror, qui *Aegilo-* Error quorū  
dam.  
pens, &

## AEGILOPS I.



pem, & auenam idem esse contendunt. quandoquidem est primo statim intuitu Aegilops auenae faciem referre videatur; diligenter tamen singulas eius notas expendenti, facile & discrimen, & error deprehendetur. Etenim Avena in stipulae cacuminibus grana profert, longiusculis appensa pediculis, oblongis folliculis contecta, bipedum locustarum effigiem representantibus. At Aegilops tenuissimas fert spicas, tribus, aut quatuor tantum granis contentas, auenae serè modo dependentibus: è quibus arista prodeunt capillorum instar tenues, rubentes, & auena longiores. Quod autem ita se res habeat, manifestum præbet indicium ipse Dioscorides: vixit qui de auena libro secundo inter cerealia abundè scripsit, neque vis scorsimq; eiusdem plantae historiam tractare solet: superuacuum enim fuisse idem repetere, & inordinatum eidem inconsulò addere. Huc accedit, quòd si nota, quae utriusque plantae à Dioscoride redduntur, inuicem conferantur, haud dubie alteram ab altera tum facie, tum viribus, longè differre conperietur. Namque Dioscorides Auenam, quam *βραχύν*, non *αγρίαν* vocauit, depinxit stipulae geniculis intercepta, dependentibus in cacumine paruulis veluti locustis bipeditibus, in quibus semen concluditur. Aegilopa vero in summo capite femina bina, aut terna rubra, habentem, aristas capillaceas. Porro cum libro secundo de viribus Auenae differeret, inquit. Huius semen non secus atque hordeum, vtile est ad cataplasmata. Pulve eius alius sistrum, prodest iussentibus in sorbitione succus. Verum hic de viribus Aegilops scribens, herbam eius ad sinuos oculorum abscessus, quos Graeci *αγιλοπας* vocant, & ad duritias discutendas commendauit: succumq;

## AEGILOPS II.



eumq; farinae admistum ad idem valere prodiit. Quae sanè omnia, ni fallor, apertissime demonstrant: aegilopen auenam  
 quam maxime repugnare. Aegilopen ex hordei vitio fieri, sicut lolium ex tritico nimia viligine, restis est Galenus libro primo, Aegilops ex  
hordeo gene  
ratio.  
 capite ultimo de alimentorum facultatibus, ubi ita scribit. In tritico quidem frequens lolium saepe inuenitur: in hordeis vero  
 reperitur: sed paucum: quam autem aegilopen appellant, ea in hordeis frequens inuenitur, cum prima generatio, vel incremen-  
 tum ipsi non rectè successerit. Porro pater meus atate iam declinante, cum agricultura delectaretur, triticum, ac hordeum  
 aliquando feminant, omnibus diuersi generis seminibus, quae ipsis erant admixta, diligenter selectis, quò certò cognosceret, num  
 ex ipsorum mutatione lolium & aegilops nascerentur, an propriam haec quoque semina naturam haberent. Cum autem fortè  
 una cum puris seminibus in tritico quidem frequens lolium, in hordeo autem parum, sed magnam aegilops vim enatam conspi-  
 ceret, in alijs quoque seminibus itidem experiri est aggressus, haecenus Galenus. Ceterum ipse quoque restari possum, me saepe  
 numero in Anania valle audisse agricolae conqueri, quòd hordeum degenerasset in Squalam: sic enim ipsi Aegilopen hanc  
 secundam vocant. Aegilops vires retulit Gal. lib. 6. simpl. med. his verbis. Aegilops digerenti vim possidet, id quod ex gustu  
 patet: leuiter enim est acris. Veram & ex eo liquet, quòd phlegmonas induratas, & aegilops sanat. haec Galenus. Cuius  
 etiam testimonio satis planum fieri potest, Auenam, & Aegilopen inter se dissidere, quòd de us seorsum egerit, & singulis di-  
 uersas vires reddiderit. Quae Graece *αγίλωπι*, Latine etiam Aegilops dicitur: Arabice, Dausir, Dalisil, Dofana, Dausir, Aegilops vi  
res ex Gal.  
 siue Duffer. Italicè, Egiopa. Nomina.

· Meñ. adit.  
 eñe sigillatim  
 ei ad aquam  
 mēstis. uñ  
 & herho. uñ  
 & acro. hēñ  
 uocant.  
 h. Meñ. i. t. r.  
 t. r. d. c. a. v.  
 r. a. v. h. b. v. i.  
 ad n. e. u. n. l.  
 c. e. a. i. n. t. u. l. m.  
 c. C. e. r. t. o. j. u. a.  
 r. o. s. d. u. r. o. d. i. e. t.  
 i. o. r. s. g. a. u. c. o. l.  
 l. e. n. t. i. a. m.  
 Bromi confi.

Bromus. BROMVS,

CAP. CXXXV.

**B**romus herba ægilopi similis, exicatoriam uim habens. Decoquitur cum sua radice in aqua ad tertias. & iuri colato par modus mellis adijci tur; rursus incoquitur, dum liquidi mellis crassitudo fiat. Linxum eo humore imbutum, & naribus inditum contra graueolentiam ulcerum efficacis est. Aliqui tritam aloem addunt, & eo modo utuntur. Cum ficcis rosis cocta in uino grauem oris halitum emendat.

**T** Amesti non desunt Dioscorides studiosi, atque etiam interpretes, qui putant, Bromum huic loco illegitimè accreuisse, quod de ea quoque libro secundo idem Dioscorides traustauerit, aliudque non sit Bromos, quam Avena; nos tamen longè aliter sentimus. Mea squidam sententia est, eritq; donec melior ab alijs profuerit, quod Dioscorides, ubi secundo libro Bromum inter segetes, legumina, & alia frugum genera, que satiore proueniunt, descripsit, de satina Bromo tantum intellexerit; hic uero, ubi de his, que sponte nascuntur, diserit, nobis syluestrem Bromum reddat. Hec uulgaris notitia est, domestica auena in omnibus persimilis, grans tamen maioribus, nigrioribus, hirsutioribusq;. Bromi huius mentionem fecisse opinor Plinium libro 22. cap. 25. dum sic inquit. Bromos semen est spicam ferentis herbe, nascitur inter pitia segetis auena Græce genere, & folio, & stipula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes paruulas uoluc locustas habet. Semen utile ad cataplasmata, atque hordeum, & similia. Præque ita Græcè, ut Latine Bromus & Avena syluestris nominatur: Italicè, P'ena saluatica.

Nomina.

Γλαυξ. GLAVX.

CAP. CXXXVI.

**G**laux cytho, aut lenticule folijs similis, quæ supernè uirent, auersaque candidiora spectentur: rannuli a terra exiliunt quini fenive, tenues ab radice; dodrantem alti: flores uioleæ albæ, purpurei exeunt, minores tamen nasciuntur iuxta mare. Coquitur cum hordeacea farina, sale, & olco in forbitione, ad reuocandam exuncti lactis uberitatem.


Glaucis conpderato.

**Q**uamquam scribit Dioscorides iuxta mare nasci Glaucem; eam tamen ipse hæcenus nusquam reperi, neque ab aliquo compertam audiu. Nisi Ruellio ad stipulari uelimus, qui eam herbam Glaucem putat esse, quæ fruticat multis caulis: folijs oblongis, in ordinem utrinque digestis, cicis modo, subter cæsis, supernè uiridibus: flore purpureo, paruo, siliqua terete, non in aduncum ut sæni Græci corniculata. Hæc, etsi Ruellio teste nullum apud Gallos inuenit nomen, à qui buxam (ut superius libro tertio, ubi eius quoque imaginem dedimus) commentati sumus. G. A. L. E. G. A. ab alijs Rota capraria: in Herbaria uero uulgo appellatur Lauanese, siue ut quidam alij Lauamani, quod proprie uisus aquarum nascatur, ubi manus lauantes rustici, hæc planta saponis uice sibi forcidum lutum abstergunt. Verum cum uideamus huiusce plantæ flores, & caules, qui se quandoque ad bicubitalem altitudinem attollunt, Glaucis faciem non representare, cogimur cūcere Ruellium hac in re hallucinatum deprehendi; præsertim quod Glaux, Dioscoride & Plinio authoribus, inuenitur iuxta mare. Galega uero in uirginosis locis, in scrobium aggeribus, in montibus, & denique passim ferè prouenit. Huius plantæ recentiores assignant uires non uulgares contra pestilentiam, & uenenosorum animalium morsus, in quorum remedium herba per se estur, atque etiam exterius illinitur. Sunt & quædam morbo cœntiali laborantibus auxiliari prædicent: in quem usum eius succum exhibent drachmarum quatuor ponere. Quod autem hæc extinctum lac reuocet, ad quod Glaux à Dioscoride commendatur, non equidem ausim asserere, cum nullum inueniam, qui Galegam his uiribus prestare restetur. Glaucis meminit Galenus libro 6. simplicium medicamentorum, de eius uiribus differens in hunc modum. Glaux herba, & ipsa lactis generandi uim obtinere uidetur. Quod si ita sit, calida quadammodo, humidatq; fuerit temperamento. Ea que Græcis γλαυξ, atque Latinis Glaux appellatur.

Ruellii opin. explora.

Glaucis uires ex Gal. Nomina.

## POLYGALA.




POLYGALA.

CAP. CXXXVII.

**P**olygala palmi altitudinem petit, foliis lenticulæ, gustu adstricto. Quæ pota, lactis abundantiam facit.

**P**olygala cuius hic imaginem appinximus, misit ad me Verona Franciscus Calzolarius pharmacopæus insignis. Quæ an legitima sit, pro certo decernere non ausim, quòd tam pauca eius tradantur notæ, tum à Dioscoride, tum etiam à Plinio, ut non facile aliquid certi de ea determinari possit. Verùm quoniam hæc planta palmarum longitudinem non excedit, & folia lenticulæ habet, & gustu est adstricto, facile adducor ad credendum, eam legitimum esse polygalam. & præsertim cum ipse Calzolarius scribat, multiplici sibi experimento constare, huius plantæ visum lac in mulieribus copiosum provenire. mihi planè incomperta est. neque id temerè fateri licet, quòd tam pauca eius tradantur notæ, tum à Dioscoride, tum etiam à Plinio, ut admodum difficile sit decernere, quæ nobis hodie sese offerat planta, cui Polygalæ nomen rectè competere possit. Hæc Græcè *πυργαλίον*, Polygalum quoque & Polygala Latine dicitur. Nomina.

## OSYRIS.



Osyris. OSYRIS.

CAP. CXXXVIII.

○ Syris frutex est niger, ramulos ferens tenuis, lentos, fractuque contumaces: & in his folia quaternaria, quina, senave, octo lini, nigra in initio, dein colore mutato rubefcentia. Decoctum eius potum, iuuat arquatos.

Osyridis co-  
sideratio.

○ Syris, quod folijs, & caule lini faciem representet, officinis Linaria appellatur. Huius flores, quos tamen consistit Dioscorides, numerosi à medio usque ad summum videntur, sylvestris cumini secundi generis modo, verum in hoc purpurei sunt, in illa sublatei. Sunt tamen qui velint, Osyrim eam esse plantam, quam vulgo nos appellamus Bel vedere, quod bellicè, densissimeque fructet, vireatque per gratem, non solum in hortis, & viridarijs sata; sed etiam in ficilibus ornandi fenestras gratia. Qui verò ita existimant, eo auccuntur argumento, quod hec non modò crescat folijs lino similibus, sed quod etiam nunc feratur à multis ad scopas ex ea parandas. Quandoquidem id à Caleno auctum voluit in simplicitate censeri, ubi verbum capi parat. (ita enim legendum est, non autem capi parat, ut male habent codices) non solum medicamenta



que faciem venustant; verum etiam scopas Græcis significare arbitrantur, quemadmodum & Cornarius in Aetio interpretatur. Quorum eundem sententiam non prorsus improbandam cenſeo, quoniam palam est, hæc plantam folijs linum referre, & ad scopas consiciendas aptissimam esse. tamen si Dioscoridis placitis ea non admodum adſtipuletur, sicuti nec alia vocata Linaria, quod neutrius folia è nigro, quod viderim, in rubrum mutantur, quòdque harum ramuli longè plura habeant folia, quàm quina, vel sena. Vidi quoque alias plantas, quas non deerant, qui legitiman facerent Oſyris. verum cum etiam in his nonnullæ desiderarentur oſyridis notæ, non libuit eorum probare sententiam. Oſyridis historiam tradit etiam Plinius libro 27. cap. 12. ubi ita scriptum reliquit. Oſyris ramulos fert nigros, tenues, lentos: & in his folia nigra, ceu lini: semena; in ramulis nigrum initio, dein colore mutato rubescens. hæc Plinius. In quibus, meo iudicio, lapsus deprehenditur ipse Plinius, quòd ijs notis depinxerit huius plantæ semen, quæ folijs reddidit Dioscorides, à quo tamen Plinius illa mutuatus est. De viribus Oſyridis Galenus libro 8. simplicium medicamentorum disseruit, ijs verbis. Oſyridi, inquit, herbe, ex qua respirata (sive scopas, sive medicamenta, quæ cute, & exterunt, & leuigant, interpretentur) fieri solent, amara inest qualitas, & obstructions expediendi facultas. quare & in iccinore consistentes obstructions adiuuat. Herba hæc è scopis Græcis, Latinis item Oſyris dicitur: Germanis, Harn kraut: Italis, pariter & Hispanis, Linaria.

Plini lapsus.

Oſyridis uires ex Gal.

Nomina.

SMILAX ASPERA.



Σμίλαξ ἄσπερος.

SMILAX ASPERA.

CAP. CXXXIX.

α Μεύ. καρ-  
πὸν ἔχει ἴσ-  
σοῦσθαι. ἡ  
φυττὴν ἔχει  
καμωσὺν.

**S**milax aspera, folia habet periclymeni: farmenta tenuia, multa, rubi modo, aut paliuri aculeata; sarbores scandit, ab imo ad summa perreptans, se conuolvens eis<sup>a</sup>: ferracemos exiles, qui maturi rubescunt, gustumque leniter mordent. Nascitur in palustribus, & asperis: radice dura, crassaque. Folia, & acini, & ante, & post epoti, venenosorum antidota sunt. Tradunt, si infantibus nuper in lucē editis, quid ex his tritum propinetur, nulla postmodum uenena nocitura. Inciditur etiam ad alexipharmaca. id est, ad ea medicamenta, quibus uenena arcentur.

Σμίλαξ ἁείλιος.

SMILAX LAEVIS.

CAP. CXL.

α Meum. &  
Cat. καρ-  
πὸν ἔχει  
σμίλαξ, ἡ  
τοτὰν ἴσ-  
σοῦσθαι.

**L**aevis Smilacis folia hederæ similitudinem habent, molliora, lauiora, tenuiora: huius farmenta supradictæ similia, nullis horrent spinis: conuoluitur arboribus, ut prior: fructum parit lupini modo nigrum, exiguum: floribus in<sup>a</sup> cacumine perpetuis, multis, rotundis. Hac smilace, quadam topia-

SMILAX LAEVIS.



riorum arte, tentoria contra æstus molestiam faciuntur: folia per autumnum decidua. Semine cum dorycnio poro<sup>b</sup>, ternis singulorum obolis, varia & tumultuosa in somnis obuerfari traduntur.

b Meñ. 9711-  
Cól. d. 111 d.  
S. M. 178, 1. V.  
zunque triã  
obolorum At  
ticorum.  
Smilacis aspe  
re historia ex  
Theophr.

**S**milax aspera Hetruscis Hedera spinosa, siue Rubus ceruinus nominatur. Hanc diligentissimè persecutus est Theophrastus libro 3. capite ultimo de plantarum historia, ubi ita scriptum reliquit. Smilax, id est, hedera Cúcia, amplexicaulis ipsa quoque assurgit, frutex aculeatus, & velut praborridus: folium hederae, paruum, sine angulo, iuxta pediculi retinaculum humectum: peculiare, quod medium illum callum, qui insit spinæ animantium, fecat, protennem habet, & in-terualla stamina, non ex eo porrecta, ut cætera, ut circa eum in orbem circumacta, ab amplexu pediculi ducit, ad cau-lem verò foliorum internodia consummantem: iulus ab eisdem pediculis atque folia, tenuis, seque conuoluens dependet.

**I**o Flos candidus, suauiter olens, uerno proveniens tempore: fructus proximus folano, atque meli thro, & maximè uise la-brusce uocatus. Racemi pensiles ut hederae sunt, verum ad labruscam potius accedunt: nam de eodem puncto pediculi acinorum exeunt. Colore fructus nilius est: nucleos in uniuersum quidem binos continet, quanquam grandior ternos, & parulus unum. Nucleus durus admodum est, & colore foris niger. Peculiare racemis, quod per latera caulium sepiunt, postremoque caulis racemus omnium maximus propendet, sicut in rhamno, & rubo: unde fit ut extremo fructi-

L V P V L V S.



ras, & latere largè fructifera ista spectetur. Haerius Theophrasti de Smilace aspera sententia. Hanc eius radices esse plantam affirmant, quam Hispani zarzagan parvillam vocant. De qua cum superius primo libro ubi de ligno Guaiaco egimus, laius scriptum sit; hic eadem repetere haud operispretium esse censimus, siquidem eo se conferre poterunt lectores, qui zarze parvillae historiam, & vires legere voluerint. Quae autem Smilax lenis appellatur, si ea non est, cuius hic iconem expressimus, alia sane in praesentia ad manus non est, quae magis lauem smilacem referat: quam haec, in qua nihil desideratur, praeterquam feminis facies, quae nullam profusum cum lupino conformitatem habet. Haec itaque ubique ferè provenit, sed praesertim in Hetruria; ubi passim frequentissima invenitur. Incole eam vulgò vocant *Vilucchio maggiore*. Haec folijs asperam quadamvis imitatur, nec secus ac illo arbores scandit, sequè convolvit eis, proxima quaque vincinis: verum *farmen* tis, siue ramulis constat, non ut altera horridis, aculeatisque, sed leuibus, flexilibus, ac lentis. Flores profert candidos, calathis effigie: è quibus semen prodit atrum. Officinè hanc plantam *Vilucibilem* nuncupant. Cuius tamen plura Mauritanis habentur genera, quorum unum illud est, quod Lupulum appellant. Huius etsi apud medicos datae nostrae frequentissimus sit usus, addaturque ab ijs in quàm plurima medicamenta: nihil tamen de eo, quod aequidem invenierim, Galenus, & Dioscorides, alijsque veteres tam Graeci, quàm Latini auctores, posteritatis memoriae prodiderunt, quanquam non desunt, qui velint, hunc Plinio esse Lupulum salictarium, ab eo hoc tantùm nomine demonstratum libro 21. cap. 15. atque ibi inter eas herbas connumeratum, quibus sponte nascuntur, quibusque pleraeq; gentium videntur in cibis. Lupulus itaque in Germania, Boemia, Polonia, & in alijs septentrionalibus regionibus magna sanè cultura in campis alitur, ad cerusiam conficiendam. Nam abique lupuli folliculis ea parari nequit. Duum est generum, Sativum, & sponte proveniens. Hoc in sepibus, & fruticis provenit, illud in campis fititur, ac alijs subinde palis, quibus se circumvolvunt. At facie inter se non differunt, praeterquam magnitudine. quandoquidem sativum omnibus suis partibus aculeus est. Planta est arbores scandens & contendens pergulis aptissima: folijs vitigineis, Blyoniae modo, modò ternis, modò quinis diffusis circumstantibus asperis, ut in cucumere. Sarmenta habet praelonga, aspera, hirsuta & quadrantens aculeata. Flores edit subpallidos, racemosis, & folliculis numerosos, exiles, compactis quodam serie dependentes, in quibus atrum, & amarum concluditur semen. Lupuli flores, folliculi, & radices, excalescunt, aperiunt, extenuant, abstergant & expurgant. Atqui turiones, quibus elixis utitur in acetarijs, cum plus humiditatis habeant, parum quidem, tum excalescunt, tum seccant. Sunt tamen summentibus & cibus, & medicamentum. Nanque sanguinem mundant, ventrem solvunt, obstructions aperiunt, nec parum cum palato ineunt gratiam. Florum, & folliculorum decoctum datur commode potandum contra hausta venena, scabiem, Gallicam luem, & ceteros quosque affectus, qui cum maligno cutim insciant, nempe lichenes, serpigines, impetigines, albos & huiusce generis alios. Datur & in febribus diuturnis, à locinosis in factu provenientibus. Semen tritum, & potui datum semidrachmè ponderè, interancrum animalia necat. Menjes provocat, & urinam pellit. Flores, & folliculi in desestionibus additi, praesentat induratos, & tumidos foeminarum locos. & ad eos, qui difficulter urinam reddunt. Lupuli vocati latius meminit Mesues inter sua deiectionis facultatis medicamenta, ubi haec ad sensum habet. Est & alium *Volubilis* genus, quod *L V P V S* appellatur, folia habens aspera, cucumeris modo: flores exilibus folliculis squamatis compactis, racematimque dependentes, colore subcinereo. Hic statim bitem detrahit, sanguinem ab ea expurgat, & eius inflammationes extinguit. Sero caprimo maceratus, valentior redditur. Succus cum saccharo decoctus syrupo modo, regio morbo laborantibus medetur. Sed profectò mirum est, quòd eo nostris statim necici tam parè raroque utantur, cum tamen praesantissimum sit medicamentum. quandoquidem tum herba ipsa per se, tum etiam succus potènt admittitur, capitis dolorem à caliditate contractum tollit. Iecinoris, & ventriculi astus mitigat. Syrupus est saccharo, & eius succo paratus vtilissimè exhibetur in febribus à bile, & sanguine excitatis, haec Mesues de Lupulo. Ceterum ad institutum nostrum revertamur. Smilacis virisusque vires tradidit Galenus libro 7. simplicium medicamentorum, sic inquit. *Milax* (sic enim Smilacem vocat Galenus) aspera claviculari plena est, ita ut rarè sursum deorsumque arboribus circumvolvatur. Folia gustata aliquid habent acrimoniae, & aliqui si illis vitaris, calescunt. Milax lenis facultate quodammodo praedictè similis est. Planta quae Graecis *σμίλαξ* τρυγία, Latinis Smilax aspera, & Hedera Cilijsa vocatur: Italis, Hedera spinosa, & Remo cervino: Germanis, Scharpè vüinden. Quae verè quae è *αία* Graecè, Smilax lenis siue lenis Latinè dicitur: Italicè, *Vilucchio maggiore*: Hispanicè, *Correguela mayor*: Gallicè, *Lister maior*.

Smilacis lenis hist.

Lupuli hist. & vires ex Metue.

Smilacis utriusque vitres ex Gale.

Nomina.

Μισπημ αζγία.

RVSCVS.

CAP. CXLII.

Rufici confid.

Nomina.

**S**ylvestris myrtus, aliquibus oxymyr sine, aut myrtacantha, Latinis ruscum appellatur. folium fert myrti, latius, in formam lanceae mucronatam, bacca per maturitatem rubescunt, rotunde, a medio folio dependentes, osseo inrus nucleo: cubitales ramuli ab radice exeunt, vitillum modo lenti, fractu contumaces, foliosi: radice graminis simili, acerbata, & subamara. Folia, & bacca in vino pota, urinae cient: mentes pellunt, vesicae calculos frangunt, stillicidio urinae medentur, dolores capitis frangunt, & regium morbum. In asperis, & praecipitibus locis nascitur. Decoctum radices in vino potum, eosdem praebet effectus. Cauliculi recentes, asparagorum vice in cibo sumuntur: amari autem sunt, sed urinam mouent.

**R**uscum officinae corrupto nomine ex litera additione Bruscum appellant. Nos verò, quòd arcendis myrtibus is aptissimus sit, si saltem appensis carminibus fusciculo circumligetur, Praegi testi Hetrusca lingua dicimus. Germinat hic vere asparagi modo, turionibus tamen breuioribus, crassioribus, hirsutis: qui elixi mandantur ex oleo, sale, & acetato. Ceterum, quòd non obsecus è amarorem gustui relinquunt, in medicamentis potius, quàm in cibis expentur: sunt enim cientes urinae, aperiendisq; obstructiombus perquam idonei. Graecis, quòd solus sit acutus & myrtum emulsetur, oxymyr sine, hoc est, acuta myrtus appellatur. Ea Graecis *ρυσκία* & *εμυρτιν* vocatur: Latinis, *Ruscus*, & *Myrtus sylvestris*: Arabibus, qui Cubebas cum rusco confundunt, Cubebe: Italis, *Rusco* & *Pong*: topi: Germanis, *Brusoch*: Hispanis, *Ius barba*, & *Gil barba*: Galis, *Brusco*.

ΠΕΡΕΚΑ ΡΥΣΚΥΣ.



Λαύρον ἀλεξάνδρην.

LAVRVS ALEXANDRINA.

CAP. CXLII.

**L**aurus Alexandrina folio est rusci maiore, molliore, & candidiore; semine inter folia rubro, ciceris magnitudine; ramos spargit in terra dodrantales, interdum longiores; radice sylvestri myrto simili, maiore molliore odorata. inuenitur in montosis. Difficilem partum accelerat, radice pota sex drachmarum pondere in uino dulci, & stillicidio urinae auxiliatur, sed sanguinem extrahit.

**S**i laurum Alexandrinam, & Hippoglossum unam & eandem plantam esse sensisset Dioscorides, ut quidam existimant, nulli quidem dubium est, quin superuacuum eras, de ipsam seorsum, diuersis atque etiam proximis capitibus Dioscoridem differere. vel nulla in earum notis, & viribus reperiretur differentia. Sed quoniam eas seorsum tanquam diuersas retulit, diuersasq; vtriusque notas assignauit; idcirco has plantas inter se differre dicatur, necesse est. Quam etsi vtriusque folia rusci rad-

2 Meñ. 10 146  
suis. in me-  
dus.

Lauri Alex-  
drinae confid.

## LAVRVS ALEXANDRINA.



rusci reddiderit Dioscorides; tamen Hippoglossum statuit aculeatam egerere comam, & in summo ceu linguas è folijs excurrentes:  
 commendauitq; comam ad dolorem capitis corona modo impostam; & radicem, succumq; malagmatis admisceri scripsit. P'e  
 rum hic in Lauro Alexandrina nec linguarum meminit, nec aculeorum è folijs prodeuntium: tradidit quidem hanc folia habe  
 re rusco similia, sed maiora, molliora, & candidiora: ramos dodrantales, in terram sparsos: radicem rhyso similem, maiorem ta  
 men, molliorem, & odoratam. Cui vires tribuit ad difficiles partus, ad vrine stillicidium, & ad sanguinem extrahendum. His  
 accedit, q; (vt Dioscorides testari videtur) Laurus Alexandrina fructum fert rubrum, ciceris magnitudine, inter folia, non autè  
 in medijs folijs, vt hippoglossum, & ruscus. Ex his itaq; tum notis, tum viribus, qua in hysce duabus plantis maximè pugnare  
 deprehenduntur, omnibus abundè constare arbitror, ballucinari eos, qui putant Laurum hanc, & hippoglossum vnam & eandè  
 esse plantam. Nos equidem hanc, cuius hic figuram damus, veram ac legitimam Laurum Alexandrinam esse censentes; quæ  
 (vt pictura pulchre demonstrat) non parum ab hippoglosso differt. Huic alteram adiecitimus, quæ & ipsa haud dubiè, ni fallor,  
 fuerit Laurus Alexandrina, si huic fructum in medijs folijs inuisci concedamus. Lauri Alexandrinæ vires memoria prodidit  
 Gal. lib. 6. simpl. med. sic inquit. Lauri herba, quam & Laurum Alexandrinam appellant, temperata euidenter est culi  
 da, & gustantibus acris simul & subamara est: potaq; tum vrinam, tum menses prolicet. Planta Græcis λευκόν αλεξάνδρειον  
 Latini, Laurus Alexandrina dicitur: Arabibus, Gar Alexandria: Italis, Lauro Alessandrano.

Lauri Alexi  
 drinae vires  
 ex Gal.  
 Nomina.

Δαφνοειδής.

DAPHNOIDES.

ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝ

CAP. CXLIII.

**D**aphnoides cubiti altitudine fruticat, ramis flexilibus, obsequiosisque, multis, a medio sursum uertis foliosis: cortex supra modum uiscosus ramos uertit: folia lauri, gracilliora, & molliora, fructu contumacia, quorum gustatu os & fauces incenduntur: flores candidi; bacca, cum ematuruerit, nigra: radix inutilis. nascitur in montosis. Pituitam extrahit folium recens, vel a idum in potu: mentes ciet, & uomitum: caput inanit commandacatum; sternutamenta mouet. Bacca quindecim potu aluum resoluunt.

DAPHNOIDES.



## CHAMAEDAPHNE.



*Yucca d. d. d.*

## CHAMAEDAPHNE.

CAP. CXLIII.

**C**hamaedaphne uirgas emittit cubitales singulari ramulo constantes rectas, tenues, læves: folia laurifolii similitudine, læuiora multo, ac uiridiora: semen rotundum, rubens, annexum folijs. Illinuntur capitulis doloribus trita folia. & stomachi ardores mulcent: ad sedanda tormina cum uino bibuntur. Porrus cum uino succus mentes, & uinam citr: idem facit pesto appositus.

Daphnoidis,  
& Chamaedaphne con-  
sideratio.

**D**aphnoides, quam officina, & herbariorum uulgus Laureolam uocant, frutex est vulgaris notitie. Prouenit hec frequens in uallis. Anante montibus Tridentino agro, & ubiq; ferè locorum. Nam & in Germania, & in Boemia, atq; alijs p'ersq; in locis copiosa uisitur, nullis profus reclamantibus notis. Cubitalibus enim assurgit uirgis, flexilibus, obsequiosisq; folijs numerosis, uirgum spectantibus lauro similibus, gracilioribus tamen ac mollioribus, acerrimo gustu: quin & ramorum cortex admodum tenax est. Hinc itaq; fit, ut eos errare toto celo deprehendatur, qui putant Mezereum Mauritanis uocatum esse Daphnoidem. quandoquidem Mezereum Chamælea est, ac qua suo loco differemus. Porro Chamædaphne, quam Laureolam ma-  
rem ple-

Multorum et  
rot.



rem plerique cognominant, folijs ac fructu à Daphnoide non longè differi: verùm hæc tantùm intercedit differentia, q̄ Chamædaphne singulari rectoq; caule constat . cui folia circumqua; prominent, adeò vt in cacumine in orbem umbellæ instar diradentur: femine inde prodeunte Daphnoïdis modo . Ceterùm, q̄ vocauerit Plinius Chamædaphnen eam clematidem, quam aliqui Vincam peruinam appellant, credere quidam hanc Dioscoridi esse Chamædaphnen . Sed profectò ij falluntur: errorq; omnibus evidentior fiet, quàm vt pluribus explodi possulet, si modò contemplantur, & conferantur notæ, quibus Vincam peruinam descripsit Plin. lib. 21. c. 11. & quibus representauit Chamædaphnen lib. 24. c. 25. Verùm Plinio, q̄ clematidii folia sint lauri, videaturq; humilis laurus, ideo non temerè eam Chamædaphnen dici placuit . Sunt, qui Laureolæ fructum Piper montanum vocent, quàmuis rusticis Ananienfibus nil aliud sit piper montanum, quàm Dioscoridis granum Cnidium, vt infra suo loco dicemus . Daphnoïdis recentia folia contusa illinuntur vtiliter ischiadicis tam diu quousq; ruborem, aut vesicæ exscent . Daphnoïdis, & Chamædaphnes vno tantùm capite meminit Gal. lib. 6. simpl. med. sic inquit. Chamædaphnes germina tenera eci quosq; assolent . Est autem persimilis viribus lauro Alexandrinæ: sicut sanè & quedam Daphnoïdes nuncupant . Planta, quæ Græcis δαφνίνη, Latinis item Daphnoïdes, & Laureola nominatur: Arabibus, Daphnoïdes: Italis, Laureola. Quæ verò χαμαδάφνη Græcè, Chamædaphne pariter Latine dicitur: Arabicè, Chamædaphne. Italice, Chamædaphne.

Daphnoïde,  
& Chamæda-  
phnes vñes.  
Nomina.

ELLEBORVM ALBVM.



Elycappe radice.

## VERATRVM ALBVM,

CAP. CXLV.

2 un' d'robur,  
 30 gr' d' g'raui  
 d'ns. n' d' acu-  
 tum, & iun-  
 ceu, ita Mei  
 & Cat.  
 b' Meli. 4 1/2  
 d' d' d' d' d' d'  
 100 gr' d' d'  
 d' d' d' d' d' d'  
 cumulate fa-  
 lium. atra-  
 hens.

**E**lleborum album, Latini ueratrvm album uocant, fert folia plantaginis, aut betæ syluestris simi-  
 lia, sed breuiora, & nigriora, rubescentia: caulem cauum, quadrantalem, tunicis conuolutum,  
 quas abdicat, cum arescere incipit, radicibus nititur multis, tenuibus, ab oblongo, & exiguo capite cepa-  
 rum modo exeuntibus. nascitur in montibus, & asperis. Radices messibus colligendæ. Optimum ha-  
 betur candidum, friabile, carnosum, modicè extentum, nec tamen iuncti modo mucronatum, quod  
 frangendo puluerem emittit, & tenuem habet medullam, gustu non admodum feruens, neque saliu-  
 nam subinde ciens, huiuscemodi autem strangulat. Primum Cyrenaicum tenet. Galaticum autem,  
 & Cappadocicum candidiora, & puluere quodam obsita, celerius strangulatum mouent. Vomiti-  
 one autem varios extrahit humores. Collyrijs admiscetur, quæ caliginem oculorum discutiunt. partus  
 impositum necat, menses pellit, sternutamenta excitat, mures interficit, cum melle & polenta suba-  
 tum; absuimit carnes, si coquatur unâ. Datur per se ieiunis, & cum sesama, aut prîsana succo, aut hæ-  
 lice, aut lentis cremore, cum aqua mulsâ, aut pulre, aut quauis alia sorbitione. Cogitur cum pane,  
 & ita inasatur. Preparatio corporum, ac uicidus ratio diligenter tradita est, cum ab his qui de medica

## ELLEBORVM NIGRVM.



eius potione scriptitarunt, tum maximè à Philonide Siculo Ennensi, cui nunc assentimur: quippe lō gum nimis esset in hac præsertim editione de materia, simul medicam curandi rationem exponere. Dant nonnulli in pulvis forbitione, aut copioso halicæ cremore, aut paucum antea cibum dari præci pientes, statim veratrum offerunt. iis præsertim, quibus strangulationis suspicio imminet, aut si vale tudo corpus infirmat: hoc enim modo deiectione nihil periculi minatur, quòd cibo munitis non intè pestiviè medicamentum corporibus offeratur. Vomitiones concitant subditæ ex eo balani cū aceto.

*Edidit Capos subrat.*

VERATRVM NIGRVM.

CAP. CXLVI.

10 **E**lleborum nigrum appellatur melampodion, quoniam caprarum pastor nomine Melampus fu erentes in se Proctidas primus purgatis, & sanasse fertur. Folia ei viridia, platani similia: minora, foliis spondylii proxima, subaspera, nigriora, pluribus diuisuris incisa: caulis asper: flores in purpura albicantes, racematim coherentes: semen cnicus, quod in Antycira selsa, moides uocant: quo deiectione nes moliantur. Radicibus coheret nigris, tenuibus, à capitulo cepe simili. confibratis, quarū est usus.

ELLEBORVM NIGRVM ALTERVM.

